



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Commentarius Pavli Bernriedensis, Antiqui Scriptoris, De
Vita Gegorii VII. Pontif. Max.**

Paulus <Bernriedensis>

Ingolstadii, 1610

XXII. De apparitione Domini nostri Iesu Christi, & allocutione B. Vvicterpi.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-65381](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-65381)

XXII. Hic est enim, cuius & in vita GREGORII VII. *Leguntur hæc in vita Gregorij VII. non procul à fine. Ex quo intelligitur eundem esse auctorem Historia de Greg. VII. & de Herluca.*
 talem fecimus mentionem, quod videlicet Dominus noster IESVS CHRISTVS eius denotans incontinentiam, HERLVCAE vigilantibus, & fortè singulariter in ædificula sedenti, clara die cum vulneribus sanguine manantibus apparuit; nihilque dicens post momentaneam stationem evanuit. Secutus eum fuerat Beatus Præsul Wisterpus; qui paulò diutius subsistens, interrogavit eam dicens: *Nunquid exhorruisti cruenta vulnera Salvatoris? Verè, inquit, exhorruisti. Ait: Non vis eum unquam taliter videre?* Respondit: *Nolo Domine. Noli ergò, inquit, ulterius audire missam Richardi presbyteri.*

XXIII. Posthæc tamen ad eò melioratus est idem Sacerdos per assiduas increpationes, & exprobrationes Herluca, quòd in fine suo, magnas ei gratias egit de spe liberationis suæ.

XXIV. Illud etiã in gestis* *Prænominati Papæ cõmemoratum non pigritabor hîc repetere, quod videlicet quadam die, præsentem Domina Hadeuuiga, dum fortè per fenestram * expectaret Herluca, subito percussus pectus suum, dixit: Va, Va, Va, quod unquam creatus est homo. quod * contra, Domina ait: At at quid habes? * MSS habet quo Legend. quod, per anastrophem, pro, contra quod.*
Anima, inquit, Adalberti presbyteri de Rota cum magna demonum violentia ducitur ad supplicia. Cumque non hoc ita esse optaret herã: Mittatur, ait Herluca, & probetur.
 Missum est; & exitum eius visioni convenisse probatum est.

XXV. Vidisse eam aliquando ipsa quoque supplicia Tartari, inde conieci, quod pro certo dixit, nullum apud inferos ignem ardentiorum esse, igne excommunicationis.

XXVI. Porrò, quod de cælesti iocunditate nonni-